

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.D. & Prof.
Ad Exsequias Ornatissimo Iuveni Johanni Steinio, a Parentibus maestissimus
hodie ad horam primam parandas omnes omnium ordinum Cives Academicos ...
invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673338>


Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,
in
J. S t e i n .

Rostock, 1646.

44





PROGRAMMA

135.

^{Quo}
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HENRICUS Rabne / J. D.

& Prof.




AD EXSEQUIAS

Ornatissimo Juveni

JOHANNI
STEINIO,

Parentibus mæstissimis

*hodie ad horam primam parandas omnes omnium or-
dinum Cyres Academicos amice & officiosè invitat.*



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVI.

FRONT & REAR

UNIVERSITÄT ROSTOCK

FRONT & REAR

FRONT & REAR

FRONT & REAR

FRONT & REAR

FRONT & REAR


FRONT & REAR

FRONT & REAR



FRONT & REAR

FRONT & REAR



HUNUS INDICIMUS. Reveren-
di Clarissimique DN. JOANNIS
STEINII Pastoris de Ecclesia Nicos-
laitana benè merentis, Poeta felicissi-
mi filius, Patri cognomin^{is}, hodie effe-
retur. Plusculum aliquid heic etiam nobis esset scri-
bendum: non quia ita mos & consuetudo obtinuit, sed
quia ille sic meruit. Verum enim vero quia clarissi-
mus Defuncti Parens hanc operam nobis ipse prae-
ripuit, & curriculum vitae ac studiorum ultrò atque ex-
actè describere voluit, satius esse putavimus retinere
verba optimi Parentis, quae paginam utramque face-
re posse videntur. Sunt autem haec:

O Hominum spes fallaces, O irrita vota.

Sic meritò exclamo cum Poeta, tale quid in Fi-
lio meo, proh dolor! expertus, spe enim duce-
bar non exigua, cum ab ineunte pueritia pietati
ac probitati studiosissimus esset, illum in prove-
ctiori aetate futurum talem, qualem unicè opta-
re potuissem; verum ad illam ut perveniret,
Mors superveniens non concessit, nonne igitur
spes fallax? an non perit omnis in herba?
Quin & vota pro ipsius salute concepta, irrita,
Morte tam insperata, facta sunt omnia: Quem
Columen ac fulcrum senectutis meae futurum

non tantum rebar, sed & unicè optabam, jam Le-
tho subrutus corrui.

O Hominum spes fallaces, O irrita vota!

Sed frustra hæc queritor, ad rem tractandam ve-
nio, ut videlicet filii mei JOHANNIS STEINII
jam Defuncti, vitæ Cursum breviter narrem, & quo
fato eam clauserit. Natus est hîc Rostochii Ho-
nestis ac partim etiam præclaris Parentibus ante
viginti & quod excurrit annos, Anno videlicet
1626. 15. Aprilis inter nonam ac decimam ante-
meridianam, Renatus etiam in Baptismo subse-
quenti Dominica quasimodogeniti, qua Catechu-
meni fideles, in primitiva Ecclesia, Aqua Bapti-
smatis lustrati Quasi modo geniti & ex Aqua & spi-
ritu renati, ac regenerati Albo vitæ sunt inscripti,
illo die & hic noster Aqua Baptismatis lustratus,
Christo Arbori vitæ fuit insertus. *Pater* à quo na-
tus est *M. Johannes Stein*, Pastor Ecclesiæ Nicolai-
tanæ jam per triginta annos illam fideliter do-
cens, ac in fide vera & pietate sincera eam erudi-
ens; *Mater* honestissima matrona *Margreta Lobe-
chia*. *Avus Paternus* *Hans Stein* Coctor cerevisti-
arius, Vir integerrimus, & à pietate ac probitate
singulari laudatissimus. *Avia Paterna* *Anna De-
nen* Matrona Honestissima; *Avus Maternus* fuit
Dn. David Lobechius Doctor ac Professor S. S.
Theologiæ in hac Academia Rostochiensis cele-
ber.

berrimus, ex scriptis suis etiam apud exteros ad-
huc notissimus, in quibus post fata superstes, Ar-
chidiaconus Ecclesiæ Jacobææ fidelissimus. *Avia*
Materna fuit Ursula Schachtia Matrona lauda-
tissima, Reverendi ac Clarissimi viri, ac veneran-
di Senis Dn. Valentini Schachtij S. S. Theologiæ
Doctõris ac Professoris in hac Academia publici,
quin & Pastoris Ecclesiæ Jacobææ per multos an-
nos fidelissimi Filia. Ex his Genitoribus *Mangis*
noster natus, à Parentibus suis in disciplina ac
timore Domini etiam fideliter fuit ductus ac edu-
catus, qui ipsi Præceptores præfecerunt, à quibus
tam Domi, quam in Schola triviali fuit institutus,
usq; ad Annum ætatis decimum nonum, Annum
videlicet 1645. quo suavis Præceptoris sui, quæ domi
habuerat, ac Gryphisvaldium ad Hypodidasca-
liam in Schola triviali ibidem obeundam voca-
tus, eodem studiorum gratia missus, ut studia sua,
in Patria bene cæpta, ibidem, tanquam in Mer-
catu bonarum artium ac linguarum continua-
ret. Verum ille, quod pro dolor multis aliis et-
iam hisce exulceratissimis temporibus usu venit,
idem expertus, dum studiis quibus se addixerat,
animum cogitat intendere, Collegiis interesse,
lectiones audire, cogitur pœnalisticas actiones
suo magno cum damno sustinere ac sufferre; avo-
catio-

cationes à studiis, evocationes ex lectionibus, plus
quam Mancipiis digna servitia, vexationes, ala-
pas, verbera. Quibus & hic noster ita exceptus, ut
tandem avocatus, domum reversus fuerit æger,
& imprimis capitis gravedine laborans, ac dolores
intensissimos sentiens, quibus tandem etiam totum
corpus affectum, & male se habere incipiens, an-
te tres septimanas lecto fuit adfixus, & ita dolori-
bus capitis exagitat, ut neq; noctu neq; interdiu
remissionem habuerit, aut somnum capere potu-
erit. *(Vel si mavultis Medicum audire: Morbus,
qui huic Optima Spei adolescenti praproprium & imma-
turum vitæ finem intulit, fuit in principio cephalalgia sive
dolor Capitis, vehemens & punctorius, quem subsequenti-
bus diebus sensim insecutus est Lethargus inexpugnabilis
dormiendi necessitas, lethalis plerumq; Cerebri morbus,
cum sudore diaphoretico, aliisq; symptomatibus gravio-
ribus, quorum malitia effectum, ut juvenis hic optima
Spei, in ipso primæ ætatis flore, quasi flos succisus aratro,
succumberet, placide & quidem rariore exemplo piissi-
me, & cum summa ad Jesum nostrum devotione, mun-
do valediceret & ad cœlica gaudia properaret &c.)*
His in tormentis constitutus, precibus ad Deum
conversus liberationem ex tantis malis à Deo pe-
tiit, quod quo affectu, qua devotione, quibus ver-
bis, quibus motivis id factum fuerit, hic exponi
non

non potest. Qui ipsi adfuerunt optime norunt, imprimis ipsius Confessionarius vir Reverend. ac Clarissimus Domin. M. Rembertus Sandhagen / Collega, Amicus ac Frater noster in Christo honorandus, qui procul dubio in concione Epithaphica id exprimet & exponet. Quanto desiderio Emigrationem animæ suæ afflictæ ex malè affecto corpore expetiverit : Der Herr möchte doch bald kommen / vnd ihn aus solcher grossen Angst seiner Seelen / vnd Behtage vnd Schmerken seines Hauptes er-freyen / læpilsime repetens votum hithmis comprehensum :

Ach komm doch bald Herr Jesu Christ /
Auff dieser Welt nichts gutes ist ;

Item: Komm du schöne Freuden Krone
vnd bleib nicht lange /
deiner wart ich mit verlangen.

Sic & cecinit

Wenn mein Stündlein verhanden ist / etc.

Item: Cupio dissolvi & esse cum Christo: Quod cum quædam matronarum astantium videbatur corrigere, & ab istis cogitationibus ac votis eum suasu suo velle dejicere, Er möchte ihm doch so offte den Tod nicht wüandschen / Er wäre noch ein seiner junger Mensch / Er köndte noch ein seiner Mann werden / der Gott und Menschen dienen köndte. Ach
nein

nein hat er geantwortet / die Welt ist mir gram / vnd
mag mein nicht / so mag ich ihrer auch nicht mehr /
& quæ in illum sensum plura & longè uberiora
protulit, quibus hanc vitam, & βίον ἀθάνατον de-
testatus, cælestis vitæ gaudia unicè expetivit. Me-
moretiam Absolutionis peccatorum, & in confir-
mationem illius perceptæ Cœnæ Dominicæ nihil
dubitabat Dominum sibi fore propitium, & re-
missis omnibus peccatis, se in filium Dei, & hære-
dem cælestium bonorum susceptum iri. in qua fi-
de etiam à confesionario suo confirmatus, tan-
dem inter suspiria ac vota suorum animam suam
emisit, & redemptori suo reddidit, Exuvias corpus-
culi sui Morbo ac doloribus attenuati placide de-
ponens, præterita Dominica quæ erat 5. Julii inter
tertiam ac quartam pomeridianam Anno ætatis
sux vicesimo, cujus Anima sit in benedictione.
*Ita planè tadere ceperat rerum humanarum, totaq;
mente conceperat Apostoli votum, CUPIO DIS-
SOLVI ET ESSE CUM CHRISTO.*
*Quod restat, cives Academicos amanter adhortamur,
ut funus ejus frequenti officio deducant. P. P. à d. 1X.
Julii, Anno clj. loc XLVI.*

Conventus fiet in æde D. Nicolao sacra.



berrimus, ex scriptis suis etiam apud ex
huc notissimus, in quibus post fata supe
chidiaconus Ecclesiæ Jacobæ fidelissim
Materna fuit Ursula Schachtia Matro
tissima, Reverendi ac Clarissimi viri, ac
di Senis Dn. Valentini Schachtij S. S. T
Doctōris ac Professoris in hac Academi
quin & Pastoris Ecclesiæ Jacobæ per m
nos fidelissimi Filia. Ex his Genitoribu
noster natus, à Parentibus suis in disci
timore Domini etiam fideliter fuit ductu
catus, qui ipsi Præceptores præfecerunt
tam Domi, quam in Schola triviali fuit
usq; ad Annum ætatis decimum nonun
videlicet 1645. quo suasu Præceptoris sui,
habuerat, ac Gryphisvaldium ad Hyp
liam in Schola triviali ibidem obeunc
tus, eodem studiorum gratia missus, ut
in Patria bene cæpta, ibidem, tanqua
catu bonarum artium ac linguarum
ret. Verum ille, quod pro dolor mul
iam hisce exulceratissimis temporibus
idem expertus, dum studiis quibus se
animum cogitat intendere, Collegiis
lectiones audire, cogitur pennialistic
suo magno cum damno sustinere ac su

